



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De vitio Tristitiæ in diuino seruitio. Cap. XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46161)

na opera sunt steriles. Quæ aliis facilia sunt vel etiam iucunda, videntur eis importabilia: sicut panis aridus quâdoque transglutiri nō potest qui tamē adiutorio liquoris delectabilis efficitur.

De vitio Tristitia in diuino seruitio. CAP. XIII.

Tristitia est XIII. vitium pertinens ad acediam. Et notandum quod tristitia est vitium valde detestabile in seruitio diuino: valde enim displicet Deo, & placet diabolo, & homini valde nocet. ¶ Primum patet illud 2. ad Cor 9. Hilarem enim datorem diligit Deus. Et e contrario. Tristem datorem odit Deus. Et merito. Tristitia enim in seruitio Dei est quasi absinthium positum in esca Dei. bonum enim opus est esca Dei, sicut ostentum est prius. Præterea quum omnia bona nostra Dei sunt, & solum ea quæ de manu eius accepimus demus ei, sine tristitia debemus esse, quum oportet nos ei dare. Item quum eis quæ nullius vel parui valoris sunt, parua vel quasi nulla occasione ad eum legi efficiamur, satis potest Deo displicere, vt in eius obsequio vbi sunt tot causæ lætitiæ lætificari non possumus. ¶ Causæ lætitiæ quas debemus habere in diuino seruitio, hæc sunt: scilicet quod tanto Domino seruiemus, scilicet cui seruire regnare est, & q. in domum Dei imus. Vnde Dauid: Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, &c. Et quod tantum lueramur, scilicet gloriam æternam. Vnde Psalmist. Et cantet in viis Domini: quoniam magna est gloria Domini. ¶ Quod verò tristitia ista valde diabolo placeat, potest ostendi per suum contrarium, scilicet per hoc, quod lætitia spiritalis valde ei displicet. Vnde 1. Reg. 4. dicunt Philistiini: Vae nobis: non enim fuit tanta exultatio heri & nudiustertius. Vg nobis, &c. Et beatus Antonius dicit quod vnicuique ratio vincendi inimicum, est lætitia spiritalis. Legitur etiam 1. Mach. 4. de Iuda, quod præliabitur prælium Israël cum lætitia. Et subditur, quod dilatauit gloriam populi sui. ¶ Nocet etiam homini tristitia tripliciter, scilicet eum affligendo, vnde Prou. 25. Sicut tinea vestimento, & vermis ligno: sic tristitia viri nocet cordi. Nocet etiam homini eum excæcando in his quæ ad Deum pertinent. Vnde in vitio patrū legitur: Vincula pedum impedimenta sunt cursoris, & tristitia impedimentum est diuinæ visionis. Nocet etiam tristitia spiritaliter occidendo. Frequenter etiam est alterius peccati occasio. Vnde Eccl. 30. Tristitiā longe expelle à te. Multos enim occidit tristitia.

De vitio vite. CAP. XV.

Tædium vitæ, est vitium decimum quintum, pertinens ad acediam, & prouenit ex longa tristitia in diuino seruitio. postquam enim aliquis tristitiam patitur, paulatim corrumpitur, adeo vt non